HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



terrasit a torrente aegipti usq: ad flumen magnum eufratem., Quia uxpm
reliquerint fontem uitae. & herbicorum sibi foderent lacos., Quia quas doctri
narum continere non possunt. necesse. e. ut leonib: subiaceant. qui redigant
terram eorum in solitudinem., & uniuersas ecclesias destruant. & usq: ad
uesticem polluantur. & bibant aquas turbidas. & fluenta ad siri fluminis
& aquilonis. unde exardescunt mala super terram., Argue te malitia tua
siue erudiet te praeuaricatio tua. & a uersio tua increpauit te., scito & uide.
quia malum & amarum. e. reliquisse te dnm tuum. & non. ee. timorem meus
apud te. dic dns ds exercituum., Notandum qd & malitia siue praeuaricatio
postquam satiauerit praeuaricantem. & instar cotturnicum. usq: ad nausiam
uenerit. erudiet agente paenitentia., Cui impenetur ut uideat quid reli
querit quid secutus sit., Et quomodo spernens bona & dulcia. mala & amara
eligerit., Hoc autem totum factum est., Quia reliquit dnm dm suum.
& timor illius non. e. apud eum., Principium enim sapientiae timor dni.
quem quia non habuit. malo & amaritudini tradetur., A saeculo confregisti
iugum meum. siue tuum., Rupisti uincula mea. siu tia., Et dixisti non ser
uiam., In omni enim colle sublimi. & sub omni ligno frondoso. tu prosterne
baris meretrix. siue ibi diffundebaris in fornicatione., Quasi ad meretrix cem
loquitur israhel., Quod coniugalia foedera ruperit. & dixerit non seruiam.
subauditur dno uel marito., Sed in omni colle sublimi. & sub omni ligno fron
doso prostrata fuerit idolatriae., Nam ena enim semp & excelsa loca idolis
dedicantur., Post hoc & ad eum dicit., Quia in initio xpianus. & sacris
expasto litteis eruditus. postea desiderio saecularis litteraturae. quae
significatur in collib; & in ambiena eloquentia. quae in frondosis monstratur
arboribus prosternat se daemonibus., Qui sub occasione eruditionis.
& sublimis scientiae Et tam polluunt credentium animas., Et diuari
care faciunt pedes suos. tonae., omnis transeunti., Ego autem plantauit te
uineam electam. omne semen uerum. quomodo conuersa es mihi in praeuum
uinea aliena., LXta. Ego autem plantauit te uineam frugiferam. omnem
uerem. Quomodo conuersa es in amaritudine uitis aliena., Prouinea electa
siue frugifera. In hebraeo. sorech abk., Quae in Esaiae cantico ponitur.,